Lexikographie 6, 1889 p. 258.) — 2) *Cf. V 124:* hanc sedem vivi sibi posuer. uno animo laborantes. — 3) *Loco concesso.* — 4) *Ad artem ceriolariorum anaglypha spectare manifestum est, cf. Schneider l. c.*

8461 *(mulier strata)* d. m. Scriboniae Hedone | Q. Tampius Hermeros | coniugi karissimae fec., | con qua vix. an. XVIII sin. | querella, cuius desiderio | iuratus se post ea | uxore non habituru.

Pisis (XI 1491 vidit Bormann).

8462 d. m. | Ulpiae Vitali fecit P. Fufi|cius Felix amicae suae fide|lissimae, quae sibi mories *(sic)* fidem | servavit, et sibi, libertis liber|tabusque suis posterisque eorum.

Roma ut videtur Florentiam translata (VI 29409 vidit Reifferscheid).

8463 Vettidiae Parthenope et M. Antio | Hermeti duobus amantibus sacrum *(vir et femina iunctis manibus).*

Romae (VI 28650 vidit de Rossi).

8464 d. m. | Cl. Ianuar. | amans aman|ti, haec tibi | pro meritis[1] | do | Caratus.

Tours (XIII 3081 vidit Hirschfeld). — 1) *Versus est iambelegus (Hirschf.).*

8465 Vibidia Helena, | et L. Brutedi Malcionis, | duo coiuges in unu.

Romae rep. ad viam Labicanam (VI 28770 vidit Lancianius).

8466 M. Volcius M. l. Euhemer. rogat post | mortem suam ut cum Volcia Chreste | coniuge sua ut[1] in una olla corporis reliquiae essent.[2] | M. Volcius M. f. Cerdo dis Manibus satis fecit.

Roma ut videtur Florentiam translata (VI 29460 vidit Henzen). — 1) *Dele alterum* ut. — 2) *Similiter supra N. 7354.*

8467 dis manibus | A. Quintilio | Ampliato, | vixit annis XVIII | mensibus XI | diebus VIII, | relictis parentibus | suis | infelicissimis; ‖ dis manibus | A. Qunctilio *(sic)* | Diophanto | patri qui rogavit, | ut pariter | ossa eius | quescerent *(sic).*

Romae, nunc Urbini (VI 25272 vidit Bormann).

8468 C. Vibius Firmus C. | Vibio Ampliato patrono | suo benem. titulum | posuit. Quod iussit et ro|gavit cum patrona sua | poni, ita factum est.

Romae (VI 5154 vidit Henzen).

8469 C. Iulius Asclaponis f. | Cor. Attalus et | Iulia C. l. Chreste | ossibus permixtis[1] hic.

Romae ibi ubi N. 8436 (VI 8025 vidit de Rossi). — 1) *Cf. XIII 4640 (in operculo plumbeo vasis vitrei):* Iuliae Melli|dis et Naidis | matris eius | oss[*a*] commixta.

archive.org